

369

dyabolus expellitur a cordibus fidelium. dicente apostola ad ephes. vi. In  
 duite vos armaturam dei ut possitis stare aduersus insidias dyaboli. et quis sit  
 ista armatura scilicet subdit. Gladium spiritus quod est uerbum dei. Secundo ex parte do  
 ctoris requiritur quod actu doceat et actu predicet. non enim habitibus habitum vel officium  
 unum certandi debet corona. Sed actualiter certantibus et actualiter pugnantibus. di  
 cente apostolo ij. thi. ij. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Tercio ex parte fi  
 delis requiritur quod talem doctrinam ordinet principaliter ad gloriam dei. dignus ergo  
 magistrari in theologia quantumcumque non magistrat si sacra scriptura actu  
 aliter docet et predicat ad laudem dei aureola non potest. **A**d primum ergo est  
 dicendum quod dignus magistrari in theologia si non magistrat non est defectus  
 suus sed est defectus ecclesie. Dato tamen quod non esset dignus magistrari / sed esset in sta  
 tu eius lectoris / ex quo actu docet et predicat ad laudem dei aureola non amittit.  
**A**d secundum est dicendum quod aureola non debet habenti statum docendi vel  
 habitum doctrine / sed debet actu. unde quantumcumque plati sunt in statu docendi et  
 assumpti ad magistratum habeant habitum scilicet / sed actu non docent et non predicant au  
 reolam non consequuntur. **A**d tertium est dicendum quod aureola non debet nisi sit  
 gulari uictorie. unde non si per quecumque documenta dyabolus expellitur ab ali  
 quo quis mereatur aureola. sed quando per publicam doctrinam de tota multitudine  
 dyabolus expellitur. sicut pro predicante demones cum clamore a cordibus  
 fidelium expellebantur.

**Q**uestio Cij. **Q**uomodo status perfectio representatur in medicis  
 Cuius videndum est quomodo status perfectio representatur in medicis  
 Circa quod queruntur decem. Primo utrum medici sint honorandi per alios  
 professionibus aliarum artium. Secundo utrum medici si non sint de legitime  
 modo nato possint sine peccato medicorum officium exercere. Tercio utrum  
 tunc sit quod homo medicis practis quam theoretis se in cura committat. Quarto ut  
 rum tutius sit unum medicum habere in cura quam plures. Quinto utrum medici peccent  
 dantes medicinas non in debitis signis astrologorum. Sexto utrum medici peccent  
 accipientes stipendium pro infirmitate quam sciunt esse inuincibilem. Septimo ut  
 rum medici peccent non mouentes infirmos ut animarum medicos ante omnia  
 debeant conuocare. Octauo utrum medici ex precepto teneantur gratis  
 pauperibus et religiosis auxilium et consilium impedere. Nono utrum me  
 dicine ars clericis et religiosis sit interdicta. Decimo utrum medici dantes  
 aliquam medicinam vel facientes aliquam insalutarem ex qua sequitur mors sint  
 irregulares

**A**d primum ergo sic procedit videtur enim quod medici sint honorandi per alios  
 professionibus aliarum artium. quod una scilicet profertur alteri ratione finis. scilicet scilicet medici  
 ne ordinant ad persequendum vitam quam nichil est homini carius. **S**ecundo enim capitulum vij. quod si de  
 deus homo omnem substantiam domus sue per dilectionem vite sue quam nichil despicit eam